

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Albrecht Joachim Krakevitz von

**Programma Funebre Qvo Rector Academiae Rostochiensis Albertus Joachimus  
von Krakevitz ... Ad Exeqviarum ... Catharinæ Königiae, B. Domini Georg.  
Niehenckii ... Relictæ Viduæ A Liberis In Maximo Luctu Versantibus hodie parata  
Cives Academicos ... convocat . [P.P. Sub Sigillo Univers. Rostoch. die XI.  
Septembr. Ao. MDCCXV.]**

Rostochii: Weppling, [1715]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn76663549X>

Druck    Freier  Zugang



Krakevitz, A. J. v.,  
in C. König,  
uxor. G. Niehenck.

R. 1715.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn76663549X/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76663549X/phys_0004)

**DFG**

108.

# PROGRAMMA FUNEBRE

QVO

RECTOR ACADEMÆ ROSTOCHIEN SIS  
**ALBERTUS JOACHIMUS**  
Von Grafewitz /

S. S. Th. Doctor & Prof. Publ. Consist. Ducal. Consil.  
& Distr. Meckl. Superintendens

AD

Exeqviarum solennia

Nobilissimæ, omniqve sui sexus virtutum  
apparatu Ornatisimæ Matronæ

# CATHARINÆ KÖNIGIÆ,

B. DOMINI

# GEORG. NIEHENCKII,



ELANDS MELIORUM qvondam Magistri Praecellentissimi, ad ædem  
Marianam Pastoris Primarii & Rev. Ministerii  
Rostoch. Senioris Gravissimi

RELICTÆ VIDUÆ

A LITERIS IN MAXIMO LUCTU VERSANTIBUS

hodie parata

lives Academicos Omnes Singulosqe

officiose ac humanissime convocat.

---

ROSTOCHII,

Typis Joh. WEPPLINGI, SEREN, PRINC. & ACAD. Typogr.



## Emoratu digna sunt

Salomonis verba, qvando de  
Muliere strenua ac proba  
Prov. XXXI. v. 25. scribit:  
אַחֲרָיו יְיָ וְתִשְׁתַּחַק Lutherus  
transtulit: Und wird hernach  
lachen. Vel ut alii vertunt;  
*Et ridebit in die novissimo.* Faci-

le interpretibus largior assensum , hic non intelligi  
risum temerarium levem ac futilem , qvalis honestæ  
Matronæ non in commendationem cederet sed in  
probrum ac dedecus : Potius insinuat Regum sa-  
pientissimus , prudentem qvandam animositatem ,  
& statum securum , in qvo mulier virtuosa nulla  
pertimescit pericula , nullaqve horret imminentia  
mala . Certissima quippe est , solem gratiæ divi-  
næ lucere supra caput suum , & Fortissimum Israe-  
lis Custodem Defensorem suum esse Promptissimum  
Serena itidem fruitur conscientia , cumque de omni-  
bus bene meruerit , qvorumcunque hominum sibi  
pollicetur favorem atque amorem . Lætatur in  
Deo Domino suo & ad exemplum Mariæ exultat a-  
nima ejus in Christo Salvatore suo . Similiter  
nullæ mihi sunt causæ , recedendi à communi In-  
terpretum sententia , quæ per diem novissimum o-  
mne intelligit tempus , qvod præscns & servidum  
virtutis studium subsequitur . Etiam si enim ,  
mulieres omnibus virtutibus fulgentes , qvamdiu  
mortale nondum exuerunt corpus , freqventer con-  
spiciantur ab omni risu remotæ , tamen ut mori-  
tes vivunt , & ut tristes semper gaudent . 2. Cor. VI. 9.

10

73

10. Siqvidem regnum DEI, qvōd in ipsis est, iustitia  
est, & pax & gaudium per spiritum s. Rom. XVI. 17.  
Præprimis autem hic risus omnium maxime est per-  
fetus in ipso mortis & ultimi judicii die. Unde R.  
Salomo non incongruas habuit meditationes, quan-  
do verba: *ix Et ridebit in die novissimo;* Sic expo-  
nit: *V Universo vita sua spatio triumphabit lata ob ex-*  
*trellum vita sue diem, qui honorifico nomine gloria in-*  
*signis erit:* Sic enim *חיה יומם* diem ultimum aut ex-  
tremum notat Neh. VIII. 18. Ubi dicitur: *Legebat*  
*Esra in libro legis quotidie, inde à die primo* *עד היז חאתרין usq; ad diem ultimum.* Et Es. XXX. 8 *Inscribe hoc*  
*talula apud eos,* & in libro exara ipsam, ut sit *לז*  
*ארון in diem ultimum, in sempiternum uique in seculum.*  
Haud itaque aberravero à vero, si dixerim: Mulie-  
rem virtuosam, tunc potissimum summo affici  
gaudio, cum ultima imminet vita hora, qvæ o-  
mnis miseria finem promittit exoptatissimum  
diuque desideratum, & æterna eademque nun-  
qvam cessatura instare gaudia significat. Experta  
est, & qvidem ante octiduum, utramque felicita-  
tem, jam in Cœlo Beatorum ridens & exultans,  
rerioris pietatis Matrona CATHARINA KÖNI-  
GIA, B. Dn. GEORGII NIEHENCKII, Phi-  
losophiae qvondam Magistri Præcellentissimi ad  
Ædem S. Marianam Pastoris Primarii & Rev. Mi-  
nisterii Rostochiensis Senioris Meritissimi, reicta  
Vidua. De qua asseverare ausim, qvod per o-  
mnes vitæ suæ dies Virtuosissimæ Uxorius à Salo-  
mone depictæ gesserit imaginem veram vivamque.  
Qvare omnino meretur, ut memoria ejus Posteris  
tradatur.

A2

tradatur; qvo aliis sui sexus exemplo esse queat,  
qua incendendum ipsis via sit. Ad ortum itaque  
pie demortuæ nostræ CATHARINÆ NIE-  
HENCKIÆ qvod attinet, vitali hac aura frui ce-  
pit in Celeberrima Urbe Gryphica, Dicasterio,  
Consistorio & Academia quam maxime Inclita,  
anno recuperatae salutis MDCLIV. die XXV. Maji,  
hora sexta matutina. Qvodsi ex Majoribus fama  
illustribus sanguinem traxisse gloriosum non minus  
est quam gratum. Nostra certe in eo felicissima  
fuit, qvod Viris ob summa in Republicas, Eccle-  
siasticam, Civilem & Literariam merita Famige-  
ratissimis suas debuerit natales. Patrem etenim habuit  
Virum maxime Reverendum Amplissimum & Ex-  
cellentissimum Dn. JOHANNEM FRIDERICUM  
KONIGIUM, S. S. ThD. & Prof. in hac Alma Duca-  
lem Primarium, Consistorii Ducalis Assessorem  
Gravissimum, nec non Ecclesiarum Mecklenburgici  
Districtus & Ducatus Raseburgici Superintendentem  
summe meritum, cuius memoriam ab omni obli-  
vione vindicabit Compendium Theol. Positivæ,  
tanto cum ardore ab omnibus purioris Theologiae  
æstimatoribus exceptum, ut vix hodie quispiam in-  
veniatur, qui hunc libellum maximo non habeat in  
pretio. Matrem vero exosculata & venerata est quo-  
usque spiravit, MARGARETHAM RHAWEN,  
Matronam pietate, probitate & ætate venerandam,  
qua post Dilectissimi sui Königii obitum nupserat  
Dn. ZACHARIE GRATIO primum quidem in  
hac Universitate nostra Professori Ducali Philos Ra-  
tion. postmodum Phys. & Metaph. Professori Sena-  
torio & ad D. Petri Pastorii, ultimum Theol. Do-  
ctori

Etori & Prof. Duc. Districtusque Ecclesiastici Mecklenb. Superintendenti, de singulis officiis excellentissime Merito, cuius conjugali societate jam dudum orbata, aliosque casus tristiores experta, tandem in gravi sua senectute hanc Filiam suam morte extinctam dolet ac luget acerbissime. Cui eo fortiora opto solatia, quo intensiori eandem profeqvi & amore & veneratione jubeor, ob affectum fere maternum, quo me à decimo åtatis meæ anno in hunc usque diem sine ulla complexa est interruptione. *Avus Paternus* Defunctæ contigit Vir Prudentissimus ac Spectatissimus Dn. MARTINUS König / Civis Dresdensis & Mercator Primarius. *Avia Paterna* fuit Fœmina Nobilissima variisque virtutum generibus Fulgentissima, MARTHA Dankgeschirrit. *Proavum Paternum* ex uno latere habuit Virum Plurimum Reverendum & tam pietate quam doctrina Eximum, Dn. JOHANNEM KÖNIGIUM, Pastorem Urbis Dresdensis Meritissimum. *Proaviam Maternam*, Matronam piissimam Lectissimamque MAGDALENAM BALDUINAM. *Proavum Paternum* ex altero latere nacta fuerat Virum Nobilissimum, Amplissimum & Consultissimum Dn. FRIDERICUM Dankgeschirr / Serenissimi Electoris Saxonici Consiliarium Eminentissimum, cuius uxor adeoque Nostræ *Proavia* extitit Nobilissima ANNA Lysenri. Ad Maternam me convertens lineam, non minores respetu meritorum & nominum offendendo Majores. *Avum* siquidem Maternum coluit Summè Rever Excellentissimum atque Amplissimum B. Dn. BALTH RAUW. S.S. Theol. Licentiatum, primum in Acad.

Gryphica Theol. Prof. Publ. Consist. Adsefforem &  
Ædis Marianæ Pastorem Vigilantissimum, tandem  
Rev. Ministerii Stralsundensis Superintendentem  
præclarissime Meritum. *Avia* vero ex mea nomi-  
nanda est prosapia CATHARINA von Kralevitz/  
propriis virtutibus nemini facile cedens. *Praeavum*  
prioris lineæ fuisse novimus, Illustrem, Excellentis-  
simum ac Consultissimum Virum, AUGUSTI-  
NUM RHAU, Ictum PHILIPPI JULII, Se-  
renissimi Pomeranorum Ducis, Cancellarium, simul-  
que in Academia Gryphiswaldensi jurium Professo-  
rem Celebratissimum. Posterioris lineæ *Proavum*  
mecum habuit Gente non magis ac mente Generosum,  
Virum Maxime Reverendum, Amplissimum atque  
Excellentissimum Dn. BARTHOLDUM von Kra-  
levitz / Eqvitem Pomeranum, Theol. D. & Prof.  
Primarium apud Gryphiswaldenses immortaliter be-  
ne meritum, Consistorii Regii Præsidem, totius Po-  
meraniæ Rugiæque Superintendentem Generalem,  
orthodoxiæ pietatisqve Assertorem & Vindicem ma-  
xime strenuum. Qvis dubitaret, ex sangvine  
tot Inclitorum Majorum prognatam NIEHEN-  
KIAM nostram nobilem quoqve traxisse indolem,  
præprimis cum nullum sit dubium, magnum KO-  
NIGIUM, qui tot Ecclesiis gubernandis præerat, suæ  
quoque Natæ Lectissimæ sollicite prospexit, ac  
cedente cura & educatione Matri omnia pie accir-  
cumspœte gerentis ac providentis? Prima cura Utri-  
usque parentis fuit, ut in peccatis nata per baptismi  
aqvas purgata communionem Sanctorum ingredere-  
tur: quam mox cum annis creceret, exceptit sollici-  
tudo, ut optimis qvibuscunque virtutibus Eadem  
innutrita,

innutrita ; Deo & hominibus semper amabilis appa-  
reret ac existeret, hinc Dei agnitionem & reverenti-  
am , tanquam omnium virtutum semina ac funda-  
menta eidem studiosissime instillarunt , nec quid-  
qvam omiserunt ejus , ex qvo sexus seqvior sua nan-  
cisci potest ornamenta & decora : Qualia etiam in  
omni vitæ suæ statu tam feliciter expressit, ut si omnia  
hic repetenda essent , Programma hoc suos multum  
excederet terminos : Erunt tamen extantiora omni-  
no commemoranda. In *statu Virginitatis* maternis  
oculis se nunquam subduxit , nisi forte filialem obe-  
dientiam exigenter mandata omni reyerentia &  
promptitudine exeqvenda. Otio vel inutilibus cir-  
cumambulationibus tempus terere neqvaqvam ad-  
sueta erat, sed vel manibus artificiose sciteqve labora-  
bat, vel,qvibus materna sublevari poterant, occupatio-  
nes sollicite curabat. Præprimis vero illa meditaba-  
tur qvotidie, qvibus ad Veri Numinis cultum in-  
structior vel aptior redi poterat & non in templis  
tantum publice sed privatis qvoqve Parentum in ædi-  
bus , qvoties occasio ferebat , precibus & gratiarum  
actionibus DEO persolvendis intenta erat. Et hæc  
laudatissima pietas ejus , sororio qvasi vinculo cum  
probitate ceterisqve virtutibus qvam plurimis con-  
nexa , amorem ei conciliavit Dn. M. GEORGII  
NIEHENCKII , t. t. Scholæ Oppidanæ Rectoris de  
Scholaftica juventute egregie merentis , qui post lu-  
ctum ob prioris Conjugis KLEINSCHMIDIANÆ  
mortem sibi excitatum , novi thori folamina qvæ-  
rens , mutuum Nostræ *Königie* amorem ambire stu-  
duit & non ambiit solum , sed & exambiit. Atque  
sic Conjugalem statum iniit , nuptiis Anno

MDCLXXVII,

syp

MDCLXXVII circa festum Michaelis auspicatissime celebratis , qvi etiam usqve ad annum proxime elapsum MDCCXIV. atqve sic per triginta & septem annos varias qvidem inter vicissitudines , sub favore tamen Altissimi , Conjugatis invicem suavissime conspirantibus , duravit . In hoc statu Filios Filiasque amplexari potuit utriusque parenti varia recreationum genera literaliter suppeditantes Natu primus est GEORGIUS FRIDERICUS S. S. Theol. Doctor Celeberrimus Ecclesiae Gothoburgensium Germanicæ Pastor Primarius nec non Consistorii Regii Adiutor , qui sibi apud Suecos & que ac Germanos magnam conciliavit venerationem. Matrimonium contraxit cum AGNETA CATHARINA SIRICIA, Theol: qvondam in hac Universitate Doctoris ac Prof. Distr. Rostoch. Superint. nec non Concionat. Aulici Gustrov. & Consil. Eccl. longe meritissimi Filiam laudatissimam decentissimamque , sacri tamen conjugii pignoribus hactenus destitutus. Secundus in ordine Filiorum est , JOHANNES BALTHASAR , Philosophiæ Magister Fulgidissimus , & S. S. Ministerii Candidatus Dignissimus , qvi Patri suo , ingravescente senectute , quo ad sacros in templo Mariano sermones , ingens extitit levamen atqve solatium ; qvam pietatem Deus suo tempore gratiosissime remunerabitur. Tertius est AUGUSTINUS BARTHOLDUS , Mercator hujus Civitatis Præstantissimus atqve Dexterrimus . qvi anno MDCCXII. connubio sibi junxit ANNAM BARBARAM à WINDESHEIM , Pastoris qvondam Anclemensium Filiam optime educatam & pulcerimis sui sexus dotibus ornatam , ex qva

IN XIDCM

qua natum qvidem vidi filiolum, sed mox ex vi-  
vis decedentem, quem tamen exceperunt gemelli  
**GEORGIUS VITUS HENNING, & JOHAN-**  
**NES FRIDERICUS** sexto post partum mense vario-  
lis extictus. Quartus **CHRISTIANUS HEN-**  
**RICUS** Juvenis Florentissimus qui Oeconomicis  
hodie delectatur studiis. Quintus in partu extin-  
ctus, licet in terris nullum consequtus fuerit no-  
men, suum tamen in Cœlo Beatorum invenit lo-  
cum, ampliorem nominis celebritatem non deside-  
rans. Prima inter filias fuit **ANNA**, quæ in casu  
necessitatis baptizata, confestim melioris civitatis  
civis facta est. Secunda **MARGARETHA ELI-**  
**SABETHA** hactenus innupta incomparabiliter de-  
utroqve meruit Parente, dum quævis ipsis præsti-  
tit ministeria, Virgo omnibus virtutum ornamen-  
tis condecoratissima. Tertia **SOPHIA MARGA-**  
**RETHA** amplexibus Maritalibus Viri Summe Re-  
verendi atqve Amplissimi Dn. **CHRISTOPHORI**  
**CONRADI GOERITZII**, S. S. Th. Doctoris &  
Prof. Publ. Regiomont. Archi-Pastoris itidem Weh-  
lavensis meritissimi, Parentibus bene ovantibus  
data, ast iisdem per mortis imperium iterum  
erepta, postquam tria sobole suum exhilaraverat  
Goeritzium, quæ tamen omnis nullam Eidem  
afferre potuit solatium; dum ultima ipsis in nata-  
libus cum matre extincta, & secunda primo post  
Matris obitum anno Eandem secuta, prima vero  
ipsa sub nativitate demortua. Qvalem Nostra in  
statu *Conjugali* se gesserit, paucis hic attingam.  
Rei familiaris curas fortiter sustinuit, studium ipsi-  
us continuum fuit beneficiandi Marito suo; hocqve

B

pro-

præstabat blandis alloquiis; consolationibus; honore  
ac reverentia aliisque modis, quibus vel mariti va-  
letudinem commodiorem; vel animum ipsius tran-  
qvilliorum reddere poterat; è contra præcavebat  
ac amoliebatur sedulo, qvæ Conjugi molestiam  
creare vel incommoda parere poterant existimati-  
oni aut valetudini ipsius. In educandis liberis fi-  
delissimam Marito navabat operam, vicinis quo-  
que & amicis nunquam denegabat sua officia, in  
omnibus negotiis amabat & simplicitatem & integri-  
tatem, humilis erat in verbis & gestibus, in modum  
peregrinum vestibus Attalicis fimbriatis aut seg-  
mentatis exornari aversabatur, ornatum cordis ap-  
petens non corporis. Qvæcumque ipsi obtingebant  
adversa, patienter tolerabat, rebus prospere succe-  
dentibus animum nequaquam efferebat, sua sorte  
semper contenta, in pauperes & afflictos maniveta ac  
benigna. Cum viduatus statum superiori anno  
ingrederetur & per plures jam annos aduersa cum  
valetudine colluctata esset, animum nullatenus abje-  
cit, sed majori cum sollicitudine cœlestia anhelavit,  
sacra oratoria frequentavit & qvamdiu qvædam super-  
fuerunt corporis emaciati vires, publicis se nunquam  
subtraxit Sanctorum conventibus; ex qvo autem tem-  
pore domo amplius egredi haud licuit, multis sc̄epe  
lacrymis suas coram DEO in cubitorio suo effudit  
præces, cumqve filius JOHANNES BALTHA-  
SAR aliquando superveniens causam lacrymarum  
indagasset, respondit, se Psalmum decimum absqve  
singulari cordis commotione legere haud potuisse.  
In precibus suis matutinis & vespertinis beatam enixe  
expetebat ~~et~~ ultimis vitæ temporibus fre-  
quen-

quenter hoc repetens suspirium: Ich weth̄ ein besser  
Leben/ da meine Seel fähret hin/ des freu ich mich gar  
eben/ sterben ist mein Gewinn. Tandem, cum ipsa  
preces recitare non amplius valeret, liberis suis injun-  
xit, ut sibi precandi formulis præirent, qvod us-  
qve ad extreum halitum sic fieri voluit. Biduo  
ante placidum suum excessum Domin. XI. post Trin.  
Absolutionem & Sacram Eucharistiam summa cum  
devotione accepit, per manus Viri Religiosissimi, Dn.  
D. SENSTIL. Ceterum, an mortis proxime in-  
stantis ediderit præfigia? Affirmarem ferme, dum  
penultima vitæ suæ hebdomade liberos suos hoc mo-  
do allocuta est: Künftige Woche werdet ihr und ich  
etwas neues erfahren. Qvæ verba etiam die lunæ  
biduo ante mortem suam repetit: Cumq; liberi hæc  
curatius percontarentur, nil aliud responsi loco dedit  
qvam hoc: Wir werden recht was neues zu wissen he-  
kommen/ so wir noch nicht gewußt. Interim hac ipsa die  
simul mentem suam sic exposuit: Nun habe ich meine  
Kinder Gott befohlē/nun wil ich auch nirgends mehr für  
sorgen. Ingruente nocte, cum filius JOHANNES BAL-  
THASAR Eidem valedicturus commendaret Salva-  
toris nostri memoriam & in primis verba Cantici:  
Wenn ich einmahl soll scheiden so scheide nicht von  
mir &c. Nostra reposuit: Das will ich thun wie bis-  
hero. Sequenti die corpore omnibus ferme viribus  
exhausto, Adstantium requirebantur preces, quibus  
etiam præsto erat Vir Admodum Reverendus atque  
Amplissimus Dn. D. SENSTIUS qui morienti quoque  
ultimam impertitus est benedictionem, quod amo-  
ris officium Beatæ exhibitum NIEHENKIANA Po-  
steritas grato semper animo ac ore celebrabit. Nec

minus se obstrictos profitentur Defunctæ hæredes Vi-  
ro Præ-Nobilissimo Experientissimo atque Excellen-  
tissimo DN. JOH. ERNESTO SCHAPERO Medicæ  
Facultatis Professori Seniori dudam Celebratissimo,  
Serenissimi Ducis Mecklenburg, Regen. Archiatro  
& Consil Aulic. Splendidissimo, Fautori nostro Æsti-  
matisimo & Collegæ Honoratisimo, qui per plures  
annos NIEHENKIAM nostram optimis medicamentis  
erexit ac per DEI gratiam in vita conservavit. Morbū De-  
functæ Ipse Excellentiss. Dn. SCHAPERUS ita delineavit.  
*Ad morbum B. N. attinet Phthisis erat eaq. chronicā, qva valde ema-  
ciata quidem multisq; insuper atque sepius hysteria & scorbuti sympto-  
matib; exeruciata nihilominus per multos annos superstes fuit, usq;  
dum morbi magnitudine & symptomatum vehementia viribus jam tunc  
paucis, prorsus iis exueretur, qvibus consumptis morti placida suēcum-  
bebat, qualis Phthisis solet esse consueta. Non quidem ridentes  
observarunt Adstantes, cum morti succumberet NIEHENCKIA,  
qvod contigit hora 2. pomeridiana die tertio hujus mensis, cum  
tristior campanarum strepitus Funebri Quistorpiano per integrum  
Civitatem parentaret; Bono tamen semper fuit animo & in ultimo  
mortis agone; qvo feliciter superato, ad cœlestia pervenit gaudia,  
qvorum præstantiam & magnitudinem per aliqualem quidem præ-  
gustum in hac mortalitate cognoscere, exprimere tamen non licet.  
Faxit Clementissimum Numen ut & nos omnes temporibus nobis  
constitutis experiamur diel novissimi delicias. Inprimis vero ea-  
rundem svavissimo sensu afficiat Defunctæ Matrem Mœstissimam &  
qvotquot acerbioribus hodie funus ejus proseqvuntur lacrymis.  
Nostrum interea exigit officium, Crues Optimæ, ut moerore oppres-  
sam Familiam NIEHENCKIANAM nostris erigamus solatis, qvod  
fieri potest, si salutem ejus devotis DEO commendemus precibus  
& pro nostris procuremus viribus, prasertim ingens afferemus Ad-  
dictis levamen, si nostrum viderint Funeris Desideratissimi com-  
tatuum freqventiorem, ad qvem Vos omnes & singulos  
peramanter ac officiose convoco.*

*P.P. Sub Sigillo Univers. Rostoch. die XI. Septembr. Ao. MDCCXV.  
Convenient hora I. pomerid. in Aede D. Mariz Sacra,*





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn76663549X/phys\\_0018](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76663549X/phys_0018)

**DFG**







## Emoratu di

Salomonis verba  
Muliere strenua  
Prov. XXXI. v  
חַק יְהוָה אֶחָרָיו  
transtulit: Und  
lachen. Vel ut al

*Et ridebit in die nou*

le interpretibus largior assensum, hic  
risum temerarium levem ac futilem, q  
Matronæ non in commendationem c  
probrum ac dedecus: Potius insinua  
pientissimus, prudentem qvandam a  
& statum securum, in qvo mulier vi  
pertimescit pericula, nullaqve horret  
mala. Certissima quippe est, solem  
næ lucere supra caput suum, & Forti  
lis Custodem Defensorem suum esse Pro  
Serena itidem fruitur conscientia, cum  
bus bene meruerit, qvorumcunque h  
pollicetur favorem atque amorem.  
Deo Domino suo & ad exemplum Mari  
nima ejus in Christo Salvatore suo.  
nullæ mihi sunt causæ, recedendi a  
interpretum sententia, quæ per diem  
mire intelligit tempus, qvod præscns  
virtutis studium sublequitur. Eti  
mulieres omnibus virtutibus fulgente  
mortale nondum exuerunt corpus, fre  
spiciantur ab omni risu remotæ, tame  
nes vivunt, & ut tristes semper gaudent.

10. Siqvidem regnum DEI , qvōd in ipsis est , iustitia  
est , & pax & gaudium per Spiritum S. Rom. XVI. 17.  
Præprimis autem hic risus omnium maxime est per-  
fectus in ipso mortis & ultimi judicii die. Unde R.  
Salomo non incongruas habuit meditationes , quan-  
do verba : Et ridebit in die novissimo ; Sic expo-  
nit : Universo vita sua spatio triumphabit leta ob ex-  
tremum vita sue diem , qui honorifico nomine glorie in-  
signis erit : Sic enim יְמֵן הַיּוֹם diem ultimum aut ex-  
tremum notat Neh. VIII. 18. Ubi dicitur : Legebat  
Esra in libro legis quotidie , inde à die primo עַד הַיּוֹם  
usq; ad diem לָוֶה . Et Es. XXX. 8 Inscrive hoc  
tabula apud eorum exara ipsum , ut sit לְוֶה  
in אַחֲרָיו in perpetuum usque in seculum.  
Hanc vero , si dixero : Mulie-  
tissimum summo affici-  
et vita hora , qvæ o-  
rit exoptatissimum  
na eademq; nun-  
ificat . Experta  
tramq; felicita-  
ns & exultans,  
XINA KÖN-  
IGS HENCKH , Phiz  
Præcellentissimi ad  
uctoris Primarii & Rev. Mi-  
oris Senioris Meritissimi , relictæ  
q; asseverare ausim , qvodo per o-  
mone depictæ gesserit imaginem veram vivamq;  
Qvare omnino meretur , ut memoria ejus Posteris  
tradatur

A2

